

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2531

Auteur(s) : Richard Burnouvet, d'Orval [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1296, mai

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente par Richard Burnouvet d'Orval à l'Hôtel-Dieu de Coutances, moyennant trente-six sous tournois, pris sur la fondation de Nicole de Falaise, femme de Dodeman de Rabec, d'un boisseau et demi de froment et d'un denier, sur Jean Des Landes d'Orval.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXXVIII, p. 126-127.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Ricardus Burnouvet, de parrochia de Aurea Valle, vendidi, concessi et omnino in perpetuum dimisi priori et fratribus domus Dei Constanciensis, unum bussellum et dimidium frumenti, ad mensuram Constanciensem, et unum denarium Turonense anni redditus, quem redditum ego habebam et percipiebam, jure hereditario, per manum Johannis de Landis, videlicet dictum frumentum ad festum Sancti Michaelis in Monte Gargano, et dictum denarium ad Natale Domini, pro regardo, ratione medietatis mesnagii mei, quod vocatur la Burnouvère, siti in dicta parrochia, inter terras Jordani Burnouveit et dicti Johannis de Landis a lateribus, et butat ex uno capite ad landas de Clevenneit et ex alio ad viam de hamello, et ratione duarum peciarum terre continentium (terram) (sic), unam virgatam terre, quarum prima sita est inter terras dicti Jordani et dictas landas de Clevenneit a lateribus, et butat ex uno capite ad terram dicti Jordani et ex alio ad terram Guillelmi de Monte ; alia pecia terre sita est inter terram Germani Oires (?) et communiam de Aurea Valle a lateribus, et butat ex uno capite ad dictas landas et ex alio ad terram dicti Johannis. Ita actum expresse inter dictum Johannem de Landis et ipsos priorem et fratres et conventum expresse, quod dictus Johannes ponit in contraplegium medietatem dicti mesnagii, quod vocatur la Burnoufrière, siti in dicta parrochia, prout superius est expressum ; ita quod non potest idem Johannes dictam medietatem dicti mesnagii vendere, tradere, alienare aut amplius de redditibus homerare, absque licentia dictorum prioris et fratrum, prout ad hoc se obligavit idem Johannes bona fide ; tenendum, habendum..... per manum dicti Johannis cum hommagio ejusdem..... libere, pacifice... Pro hac autem vendicione et concessione taliter a me facta... dicti prior et fratres michi dederunt et persolverunt triginta sex solidos turonensium in bona peccunia numerata, quam peccunie summam dicti prior et fratres habuerant ex dono Nicholae de Falesia, quondam uxoris Doudeandi de Rabec, ad redditum comparandum ad ejus obitum faciendum, singulis annis, in dicta domo Dei Constanciensi, super quibus denariis me teneo penitus pro pagato..... Actum est hoc anno

domini M^o CC^o nonagesimo sexto, mense maii ; et ad majorem certitudinem et dicti contraplegii [notiti] am, dictum
Johannes huic carte sigillum suum apposuit.